

Joachim Albinus Lorenz Schröder


Disputatio De Mutuo

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74938428X>

Druck Freier  Zugang





V. N. 2 (155.)

1. Boucquoy, de renunciatione invalida.
2. Cludius, de tutelis.
3. Cludius, processus iudicarii suscipiendi delincentis.
4. Gerhard, de solemnitatibus testamentariis.
5. Lotichius, de foro competente, tam communi quam privilegiato.
6. Lotichius, de jure primogenituræ seu de primogeniis illustri-
um imperii.
7. Neublbaum, de collationibus bonorum.
8. Neublbaum, de traditione seu modo acquirendi naturali.
9. Rinovius, de fideicommissis familiaribus.
10. Sturzius, de statutis et eorum interpretatione.
11. Wieg, societatis, quæ est inter virum et uxorem respectu
conjugalis acquiritus.
12. Linc, de sequestratione, placidæ creditorum cæsuræ,
in themistocis Actorum.
13. Linc, de panibus civilibus.
14. Carnach, de differentiis juris rom. et germ. in heredis insti-
tutione voluntaria.
15. Müller, de veritate celata.
16. Bornemann, de negotiis gestis.
17. Engelbrecht, de jure absentia.

18. Antrenius, arbor consanguinitatis et affinitatis
tam respectu matrimonii, quam successioneis.
19. Arumaeus, selectarum juris appoime controversi quaestio-
num ΗΜΙΕΚΑΣΤΙΑ.
20. Arumaeus, de ΠΡΩΤΟΠΡΑΞΙΑΣ, jure et privilegio pluri-
um creditorum colligis exactioibus.
21. Arumaeus, de jure tutelarum.
22. Arumaeus, ad l. 2. C. de reficend. vendit.
23. Arumaeus, de jure emphyteutico.
24. Braun, de poena conventionali maxime in matri-
monialibus.
25. Bremer, de jurjurando, vi et metu exorlo.
26. a Breugel, de represso alijs.
27. Althart, de libello.
28. Albert, de termino animationis foetus humani, rannu dal
Rind in Müllerscheibn die Darla ausgefügt.
29. Alherti, de pulmonum subfidentium experimenti prou-
denti applicatione
30. Albinus, de jure dotium.
31. Albinus, de emtione vendit.
32. Albinus, de p. p. restitutionibus.

DISPUTATIO
DE
MUTUO

33 45.

Quam

DUCE ET AUSPICE CHRISTO;

Ex Autoritate & permissu Nobiliss. atq; Ampliss.
facultatis Juridicae in celeberrima Academia
Megapolitana,

SUB PRÆSIDIO

CLARISSIMI AC CONSULTISSIMI VIRI

JOACHIMI ALBINI

J. U. D. fautoris & cognati sui
plurimum honorandi,

Publicæ discussioni submittit

LAURENTIUS SCHRÖDERUS
Parchimo-Megapolitan.

*Ad diem 16. Januarij horis matutinis,
in Auditorio Majori.*



ROSTOCHI

Typis suis exscripsit JOACHIMUS PEDANUS,

ANNO M. DC. XIX.

M U T U O

Quarta

Deon Et Mysteriis Conuerso

Et Mysteriis Conuerso
In Mysteriis Conuerso
In Mysteriis Conuerso

Sua Fessio

J O A N N I A L B I N I

J. U. D. Sutoris & Cognatoris

plurimum honorandi

Patris diffiditissimi

L A U R E N T I U S S C H R O E R N S

Patris diffiditissimi

Patris diffiditissimi

in Mysteriis

ROSTOCK

Rostock

Typis hinc expressit Joachimus Fiedanus

anno M. DC. LIX.



DE

MUTUO.

MAteriã hac, quæ est de Mutuo, sive rebus creditis, vix est, ut in jure nostro ulla occurrat præstantior, frequentior. Quod enim attinet contractus hujus præstantiam, illam nobilissimæ in hoc tractatu agitatæ controversiæ monstrabunt. Usus autem ejus frequentiore quotidiana experientia satis superq; testatum facit: quippe cum videamus, nullã ferẽ de re crebrius hodiẽ in curijs disceptari, quam de nummis creditis. Hac itaq; hujus materiæ præstantiã, hac ejus frequentiã impulsus sequentes positiones huc adscribere, publicæq; ventilationi exercendi animo exhibere volui:

A,

Thesis

Thesis I.

Mutuuum est contractus Juris gentium, quo quantitas, hoc est, res fungibilis, quæ ponderere, numero & mensurâ constat, alicui datur eâ lege, ut eadem quantitas reddatur in genere non in specie. *§. sed jus. 2. vers. ex hoc jure. Inst. de F. N. G. & C. l. mutuuum. 2. in princ. & §. 1. de reb. credit.*

II.

Dicitur inde mutuuum, quod de meo tuum fit, quasi *pēs nōv. autore Varrone*: Et ideo si non fiat tuum, non nascitur obligatio *l. mutuuum. 2. §. appellata. 2. h. t.*

III.

Est autem mutuuum duplex: Aliud statim ab initio pecuniæ numeratione contrahitur; Aliud ex post facto conciliatur.

IV.

Statim ab initio mutuuum contrahitur, cum res fungibiles propriæ mutuo dantur ab eo, qui jus dandi habet, quoniam scilicet id ipsam agit, ut accipiens confestim obligetur *princ. Inst. quib. mod. re contrah. obligat. d. l. mutuuum. 2. §. in mutui. 4. l. non omnis. 19. in pr. h. t.*

V.

Ex post facto mutuuum conciliatur, veluti consumptione; cum nummi alieni, vel etiam proprii, ab eo tamen, qui jus dandi non habet, credendi animo dantur, ijque consumuntur *l. rogasti. 11. §. si fugitivus. 2. & l. seq. h. t.*

VI.

Nam si non Dominus nummos tibi credendi animo dedit,

dedit, accipientis non facit, sed consumptis eis nascitur
condictio. l. nam & si fur. 13. in princ. h. t.

VII.

Unde Papinianus lib. 8. questionum ait: Si alienos
nummos tibi mutuos dedi, non ante mihi teneris, quam
eos consumpseris: quod si per partes eos consumpseris,
an per partes tibi condictam, quærit: & ait, condictu-
rum, si admonitus, alienos nummos fuisse, ideo per par-
tem condicto, quia nondum totos consumptos compere-
ram. d. l. nam & si fur. 13. §. unde. 1. h. t.

VIII.

Sed ut mutuum hoc modo concilietur, bonâ fide
consumptionem fieri necesse est. d. l. rogasti. 11. §. ult. in
fin. h. t.

IX.

Mutuum ab initio dant soli rerum Domini, earumq;
liberam administrationem habentes, quemadmodum
Paulus lib. 28. ad Elect. ait: Id mutui datione dan-
tem Dominum esse oportere. l. mutuum. 2. §. in mutui.
4. h. t.

X.

Proinde pupillus, filiusfam. furiosus, mente captus,
prodigus mutuo dare non possunt, non quod Domini
non sint, sed quia de rebus pro arbitrio disponere non
possunt. l. si quis. 3. §. proinde 2. ad SC. Macedon. l. rogasti.
11. §. 2. l. non omnis. 19. §. 1. h. t.

XI.

Hoc amplius etiam quidam, qui Domini sunt, & alias
de rebus suis, prout volunt, disponere possunt, mutuum
tamen pecuniam dare prohibentur.

A 3

Prin-

XII.

Principalibus enim constitutionibus cavetur, ne hi, qui provinciam regunt, quivè circa eos sunt, negotientur, mutuamvè pecuniam dent, fœnusq; exerceant. *l. principa- lib. 23. h. t.*

XIII.

Præterea non tantum singulares personæ, sed etiam universitates, Ecclesiæ nempe, collegia & civitates mu- tuum dare possunt.

XIV.

Accipere mutuo possunt patresfam. puberes & men- tis compotes.

XV.

Ideoq; pupillus mutuam accipiens pecuniam sine tu- toris autoritate, non obligatur, ne naturaliter quidem, nisi locupletior inde factus. *l. pupillus. 59. de O. & A. l. pu- pillus. 5. in pr. de autor. tutor.*

XVI.

Filiumfam. vero pecuniam numeratam mutuo acci- èntem SCtum Macedonianum maximè in odium foene- ratorum introductum, perpetuâ exceptione tuetur; & ita quidem, ut huic SCto renunciare nequeat. *l. qui exce- ptionem 40. in pr. de condict. indebit. tot. tit. de SC. Ma- ccedon.*

XVII.

Si vero contra SCtum mutuatus pecuniam solverit, patri nummos vindicanti nulla exceptio obijcietur: Sed si fuerint consumpti à creditore nummi, Marcellus ait, cessare conditionem; quoniam toties condictio datur, quoties ex eâ causa numerati sunt nummi, ex quâ actio esse

esse potuisset, si dominium ad accipientem transisset.
l. si filiusfamilias. 14. h. t.

XIII.

Præsides autem provinciae mutuam pecuniam fore-
nebrem sumere non prohibentur. *l. praesidis. 34. §. 1.*
h. t.

XIX.

Civitas quoque mutui datione obligatur, si ad utili-
tatem ejus pecuniae versa sunt; alioquin ipsi soli, qui
contraxerunt, non civitas, tenebuntur. *l. civitas. 27.*
h. t.

XX.

Consistit Mutuum in his rebus, quae pondere, nu-
mero, & mensuram constant, quoniam earum datione
possamus in creditum ire, quia in genere suo functio-
nem recipiant per solutionem magis, quam in specie.
l. mutuum. 2. §. mutui 1. Inst. h. t. l. obligationes. 1. §. 2. de
O. & A. princ. Inst. quib. mod. re contrah. obligat.

XXI.

In alijs autem rebus, quae extra quantitatem sunt,
ideo in creditum ire non possumus, quia aliud pro alio
invito creditori solvi non potest. *d. l. mutuum. 2. §. 1.*
h. t.

XXII.

Cum vero quid mutuum damus, etsi non cavimus,
ut aequè bonum nobis redderetur, non licet debitori
deteriorem rem, quae ex eodem genere sit, reddere, veluti
vinum novum, pro veteri. *l. cum quid 3. h. t.*

XXIII.

Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto ha-
bendum.

bendum est: Id autem agi intelligitur, ut ejusdem generis & eadem bonitate solvatur, qua datum sit. *d. l. cum quid 3. h. t.*

XXIV.

Itaq; aureis integris in specie ad numerum mutuo datis, aurei reddendi sunt, non nummi argentei, etsi ejusdem valoris & æstimationis cum aureis fuerint, si modo haberi possunt.

XXV.

Sicut etiam augmentum creditoris commodo, decrementum ejus incommodo cedit, nisi aliter ab initio inter contrahentes conventum sit.

XXVI.

Sed & totum, quod mutuo datum est, reddi debet, nec compellitur creditor invitus partem accipere, cum exactio partium non minima incommoda habeat. *l. plane 3. fam. ercisc. l. tutor. 41. §. Lucius. 1. de usuris.*

XXVII.

Cumq; mutuum re contrahatur, ulterius, quam quantum datum est, reddi non potest.

XXVIII.

Proinde si tibi dedero decem, ut novem debeas, Proculus ait, & rectè, non amplius te ipso jure debere, quam novem; Sed si dedero, ut undecim debeas, putat Proculus, amplius, quam decem, condici non posse. *l. rogasti. 11. §. 1. h. t.*

XXIX.

In mutuo autem semper ejusdem opinionis esse oportet dantem & accipientem ; Ideoq; si tibi pecuniam quasi donaturus dedero, tu quasi mutuam accipias, nec donatio, nec mutuum ex sententia Juliani & Ulpiani erit *l. si ego. 18. in pr. h. t.*

XXX.

Meo autem nomine, an alieno mutuam pecuniam dedero, nil refert.

XXXI.

Si enim meos nummos tuo nomine dedi velut tuos te absente & ignorante, mutuum contrahi, & tibi conditionem acquiri, Aristo scribit; quod & Julianus de hoc interrogatus lib. 20. probat. *d. l. certi 9. §. si nummos. 8. h. t.*

XXXII.

Mutuum autem aut pure contrahitur, aut in diem, aut sub conditione, sicut stipulatio.

XXXIII.

Omnia enim teste Ulpiano lib. 20. ad Edict. quae inferi stipulationibus possunt, eadem etiam possunt numerationi pecuniae, & ideo conditiones. *l. omnia 7. h. t.*

XXXIV.

Insuper singularia quaedam recepta sunt circa pecuniam creditam ; Nam si tibi debitorem meum jussero dare pecuniam, obligaris mihi, quamvis meos nummos non acciperis. *l. singularia. 15. h. t.*

B

Quod

Quod igitur in duabus personis recipitur, hoc & in eadem personâ recipiendum est, ut cum ex causa mandati pecuniam mihi debeas, & convenerit, ut crediti nomine eam retineas, videatur mihi pecunia data, & à me, fictione brevis manus, quæ, celeritate conjungendarum inter se actionum, unam actionem occultat, ad te profecta. *d. l. singularia. 15. h. t.*

Similiter si apud te pecuniam deposui; postea convenit, ut esset credita, mutuum quoq; contractum dicitur ex Nervæ, Proculi & Marcelli sententia, quibus & Africanus ad stipulatur. *l. certi 9. §. deposui 9. h. t. l. qui negotia. 34. mandati.*

Deniq; debitore tempore constituto tantundem non restituente, creditori adversus illum datur certi conditio. *princ. Inst. quib. mod. re. contrah. obligat.*

A quâ actione casus fortuitus, quo res mutuo accepta amissa est, non liberat debitorem. *h. incendium. u. C. si certum petat. l. obligationes 1. §. & ille 4. de O. & A.*

Corollaria.

I.

An debitor elapso biennio exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere possit? *Negat Donell. 14. com. 38. Et ibi Osvaldus Hilliger. in Eucleat.*

II.

Si vinum mutuo datum per judicem petatur, cuius temporis æstimatio fiat, quæstionis est? Et si dictum esset, quo tempore redderetur, quanti tunc fuisset, si non quanti tunc, cum petitum esset, æstimationem fieri debere, cum JCto Sabino defendemus.

III.

An in mercibus ex pecuniâ mutuâ emptis in concursu creditorum is, qui pecuniam mutuo dedit, reliquis creditoribus præferendus sit, nobilis est controversia? Et quidem si simpliciter mutuum dederit, negativam, si expressè ad illas merces comparandas, affirmativam tuebimur.

An

I V.

An Civitas singulos cives eorumq; bona ita obligare possit, ut in defectu solutionis ubiq; locorum apprehendi & arrestari possint? Sub distinctionis fœdere respondebimus. *vide Andr. Gail. in tract. de arrest. imper. cap. 9. Petr. Frider. Mindan. in tract. de process. Camer. lib. 1. cap. 48. n. 4. & Matth. Coler. de process. Execut. p. 2. c. 3. n. 359. & n. 366.*


V.


An Usuræ ex mora uti in bonæ fidei, ita in stricti juris contractibus, si nulla conventio præcesserit, debeantur? Negamus.


V I.

Usuræ moderatæ nec divino, nec humano jure prohibitæ.









omnia tractant, mox nimium
re sibi imaginantur, sana veræ sa-
cipia rident, contemnunt, præ-
cant, ingenio maxime si præ-
cum ratione insanire possint.
vero eiusmodi homines reli-
tis studiis in patriam reuertuntur
ra Reip. subeunda iis sunt, tum
rique sero nimis animaduertunt
ces se fere ad omnia esse, tem-
se in Academiis peractum, &
frustra erogatos esse, nec aliis fu-
quem hauserunt in Academiis,
vendi posse, quam ipsi quidem
marunt. Vt adeo finis studiorum
di hominum plerumque sit non
vero, Clarissime Candidate, aliam
es viam. Iusto ordine cœpi
Iuris prudentiæ, neglectis vanis
studiis, illis tantum sedulo incut-
ipsis rerum obtinent argumentis
liciter ea absoluiſti, vt dignus fu-
tus, ab illustri collegio nostro
in iure honores ex merito confe-

